

tisse quod in Scriptoribus Medicis Joh.
Antonidas van der Linden / & in Biblio-
theca Theologica *Gisbertus Voëtius*.
Promisit tale aliquid *Paulus Busius* in
Præfatione Commentarii sui ad Pande-
tas , sed nec ille fidem suam liberavit.
Interea aliquid huc faciunt vitæ Juris-
consultorum Germanorum *Melchioris*
Adami. Et hæc de *Bibliothecis Juris*.
Quibus affines sunt *Sedes Materiarum*.
Solebant enim Jurisconsulti sequioris
ævi ad certas leges materiam aliquam-
plenè & solenni apparatu tractare; indi-
cem igitur talium habere , operæ pre-
mium est, ut quærendi labor absit. Talis
Index sed nimis brevis insertus est Insti-
tutionibus *Julii Crispini*, plenior ordine
Alphabetico in CL. *UVoldenbergii* Ma-
nipulis. Deceret similem Indicem apud
Philosophos condi , ut hæc obiter di-
cam , ut constet ad quæ loca *Aristotelis*,
Magistri , & *Thomæ* quæ Quæstiones
à Commentatoribus ex professo tra-
tentur. Respondent proportione *Loca*
Classica